

Quae prohibentur in hoc praecepto?

Christus Matthaei quinto quatuor gradus recenset pugnantes cum hoc praecepto: Primus gradus est violentia, secundus est ira iniusta, tertius est gestus ostendens malevolentiam, „raka“, quartus est contemtus proximi, „fatuus“⁴⁸

Est ne omnis ira peccatum? 5

Item: Est ne omnis vindicta prohibita?

[30:] Quintum praeceptum prohibet iracundiam iniustum, quae temere irascitur proximo et
damnat cupiditatem priuatae vindictae, non autem prohibet iram vocationis, quae irascitur
vitijs, nec abolet officium magistratus, qui exercet vindictam in puniendis delictis congruen-
tem cum mandato Dei et necessariam ad conseruationem societatis humanae. 10

Dic sextum^k praeceptum.¹

Non moechaberis.⁴⁹

Quae sunt virtutes sexti praecepti?

Duae virtutes sunt sexti praecepti: castitas et temperantia. Castitas non tantum in
coniugio, sed etiam in vita coelibis vitat omnes libidines seu contaminationes corporum pro- 15
hibitas. Temperantia seruat mediocritatem in cibo et potu conuenientem naturae et non im-
pedientem exercitia inuocationis et aliarum virtutum.

^k VI.: D, E, G.

¹ Holzschnitt: David und Batseba (II Sam 11): B.

⁴⁸ Vgl. Mt 5,21f.

⁴⁹ Vgl. Ex 20,14; Dtn 5,18.